UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones magistri Nicolai deniise sacre pagine professoris

De Tempore Hyemales

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Feria. vi. post. iiii. d[omi]nicam. xl.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30599

Visual Library

penitere negligūt ⁊ ꝯfiteri nolunt. Exē
plū. Duo em fratres erāt: vnus penitētia
rius pape: alter innocens et pius: q̇ diſcur
rentes ad ꝑdicandū ſemel recepti ſunt in
caſtro nobilis matrone. Vn̄ gaudens ſi
la cogitauit di. Nequaq̄ oportꝫ te verecū
dari: ſecure poteris ꝯfiteri cū ſint ꝑegrini
et ignoti. Dū ergo confiteret̃: ad ſingula
peccata vidit frater ille innocēs de eiꝰ ore
egredi bufonē turpiſſimū. Tādē dū enor
me pctm̄ ꝯfiteri voluit: horridꝰ draco ca/
put emittere cepit: exire tamē n̄ voluit: q2
verecūdia victa: crimē illō celauit: Jō bu
fones omnes ꝑus egreſſi in os eiꝰ cū dra/
cone redierūt. Fratrib9 ergo recedētibus
narrauit iunior penitentiario q̇d viderat.
Vnde territus penitētiariꝰ rediit ad do
minā quā mortuā inuenit. Cōtriſtati fra/
tres: ieiuniis et orōnib9 inſiſtūt donec ter
tia die defuncta illis apparuit: draconem
horribilē equitās: cuius collū duo ſerpen
tes crudeles amplexabant̃: et vbera eius
ſugebant dentib9 diſcerpēdo: oculos eius
duo bufōes horribiles poſſidebāt: ⁊ ex eꝰ
ore ignis ſulphurtꝰ fetidiſſimꝰ exhalabat
Eꝰ etiā manꝰ a duob9 canib9 deuorabāt̃:
aures eius ſagittis igneis replebant̃: Cu/
ius etiā caput lacerte venenoſiſſime cor/
rodebāt: Vnde fratres territi corruerūt.
Quibus illa: Amici dei omnipotētis ne ti
meatis: Ego ſum infideliſſima ꝑdie vni
veſtrum confeſſa: ficte tamē: quia peccatū
quod cum cōſanguineo cōmiſi ex ꝟecūdia
celaui: ideo ꝑpetuo damnata ſum. Quaꝫ
penitentiariꝰ ex parte dei adiurauit vt di
ceret quid illa penaꝝ diuerſitas ſignaret.
Jlla reſpondit: Lacerte puniūt me pro ca
pitis ſuꝑfluo ornamēto. Bufones puniūt
impudicos aſpectus. Sagitte nefarios
auditus. Jgne ſulphureo punit̃ os ꝓpter
blaſphemias ⁊ diffamatiōes ⁊ varias cā/
tilenas ⁊ oſcula turpia ⁊ vaniloquia: inſu
per ꝓpter impudicos contactus ⁊ ample/
xus. Serpentes vbera mea ſugūt ⁊ mor/
dent et cingunt collum meuꝫ. Canes ꝟo
manus meas corrodunt quas ad nutriē/
dum canes extendi plus q̄ꝫ ad chriſti pau
peres: et quoniā eas anulis ⁊ gēmis ſuꝑ/
flue et luxurioſe ornaui: ⁊ ad impudicos
ꝯtactꝰ protendi: Hunc etiā crudeliſſimū
draconē equito q̇ concubitus luxurioſos
a quo viſcera et muliebria intolerabiliter
ꝯburuntur cum femorib9 et tibiis. Req/
ſita autē ſi ſuffragiis iuuari poſſet. Horri
biliter reſpōdit: Nō. Et ſubito draco terri/
biliter eam cruciās ad infernū traxit et
euanuit. O q̄ꝫ miſera reprobor̄ꝫ cōdicio: q̄
niam vt cantat eccleſia Jn inferno nulla
eſt redemptio.

Tertius art. Audiſtiꝫ ⁊c. Cauete ne
ſitis de numero eor̄ꝫ qui ꝓcedunt in
reſurrectiōꝫ iudicii: ſed ſic nūc viuatis vt
tūc in reſurrectionē vite ꝓcedatis: quam
maxime deſiderare debemus. q̄m ſicut dr̄
lex. C. de epis ⁊ clericis. l. Quiſq̄ꝫ. Poſt
labores vita quieta eſt eligenda. ſed vitā
illam quietā eterne beatitudinis q̇s obti/
nebit: Certe illi tm̄ qui nūc fideliter deo
obediunt. Nā quicūq̄ꝫ eſt infectus quacūq̄/
q̄ꝫ labe peccati mortalis: nō eſt de eccleſia
Vt hr̄ de pe. diſ. j. ca. Eccleſia. De ecclia
inq̄ꝫ neq̄ꝫ militanti neq̄ꝫ a fortiori trium/
phanti. Audite. An rōnabile eſſet ⁊ iuſtū
Regis ꝓditores ſimt̃ cuꝫ fidelib9 militib9
a rege honorari: Expone ⁊ applica Notā
do illō. j. Cor̄ꝫ. iii. Vnuſquiſq̄ꝫ ꝓpria mer
cedē accipiet ſm̄ ſuū laborē.

Feria. vj. poſt. iiij. dn̄icam. xl.

Ecce aſcēdimus ⁊c. Menſus eſt ſuꝑ
puerū trib9 vicib9. iij. Re.
xvij. Sic ſpūaliter metit̃ chr̄us ſuꝑ eos q̄
aſcēdunt hierl̃ymaꝫ. Helias q̇ppe interꝑ/
tatur deus dn̄s: ideo ſignat chr̄m. Sicut
aūt helias trib9 vicib9 menſus eſt ſuꝑ pue
rum ſuſcitandū: ita chr̄s trib9 vicib9 men
ſus ſuꝑ genus humanū ſuſcitandū mortu
um. i. triplicit̃ ſe homib9 ꝯformauit ⁊ de/
ſcēdit. Primo i incarnatiōe ꝑ quā vt dr̄
Phil. ij. Jn ſilitudinē hominū factus eſt ⁊
habitu inuentus vt homo. Secūdo in
conuerſatiōe. Baruch. iij. Cum homib9
conuerſatus eſt. Tertio in paſſione q̄ſi
in cruce quaſi oīes amplecti cupiēs. Jo
an. xij. Ego ſi exaltatus fuero a terra oīa
traham ad me ⁊c.

Ecce ⁊c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Primus articulus. An homo ꝑ opa extra charitatē facta aliq̄d mereat̄: Q, nō. Aug⁹. Peccator nō eſt dignus pane q̄ veſcit̄. Cōtra. Dicit autoritas cōis Nullū malū impunitū ⁊ nullū bonū irremuneratū. Rn̄det Bonauen. in.iiij. diſt. xv. Dicunt aliq̄ ꝙ peccator nihil oīno meretur apud deū nec̄ de cōgruo nec̄ de cōdigno: ſed tñ deus rōe abūdantiſſime largitat̄ bona eius opa nō dimittit irremunerata: et bonū eſt ⁊ multū neceſſariū peccatori bonū opari q̄uis nō ſit iuſtū ipſum remunerari: ſed magis benignū. Alij dicūt et probabilius ꝙ peccator apud deū nihil de cōdigno meret̄: ſed bñ de ꝯgruo. Pctōr em̄ aliq̄ñ facit bonū opus: puta elemoſynā ꝓpter vanā gl'iam: et ex hoc nō meretur mercedē: ſed penā. Aliq̄ñ ꝓpt̄ dei gl'iam et honorē: ⁊ hoc nō pōt eſſe ſine dei gr̄a gratis data: quā de⁹ aliq̄ mō acceptat et ex hoc meret̄ de cōgruo. Illud tñ meritū ꝯparatū merito charitat̄ eſt iproporcionabile: ſicut linea ſupficiei. Hoc Bona.

¶ Pro fundamē. Nullus labor ſine dei p̄ſentia valere pōt. Iuxta illḋ Pamphili: Proficit abſq̄ deo null⁹ in orbe labor. Et Senec. ad Lucil. Nulla ſine deo mens bona eſt. Cū g̃ q̄ritur: An hō ⁊c̄. Dic rn̄ſiōe vt ſ̄. Ex q̄ ꝯclude ꝙ ſicut dr̄ Aug. Quicq̄d fiat ſola charitas diſcernit inter filios dei ⁊ filios diaboli. Hoc attendite miſeri peccatores ⁊c̄. Scitote qm̄ quicūq̄ extra charitatē repertus fuerit ꝑibit. ¶ Figura Gen. vj. Et iō diluuij t̄pe nō euaſerūt niſi qui erāt in arca ⁊c̄. Spūaliter: ꝑ arcam ſignat̄ charitas q̄ fert hoiem ſup aquas inundantiū voluptatū: et impedit ne huiuſmōi aque intrēt ad aiaz et ſic ſaluat: iō bene hortat̄ Paul⁹. j. Cor. xiiij. Sectamini charitatē: emulamini ſpūalia. ⁊c̄.

Secūdus arti. In euāgel̄. q̄ḋ ſcribit̄ Ioā. xj. tria ſunt cōtemplanda myſteria diuine bonitatis oſtenſiua ⁊ ad aſcenſum celeſtis hieruſalem ſi bene cōſiderent̄ inductiua.

¶ Primū eſt myſteriū ꝑmiſſionis

¶ Secundum eſt myſterium pie affectōnis.

¶ Tertiū eſt myſteriū ſuſcitationis

Primū eſt myſteriū ꝑmiſſionis: quō de⁹ aliquando ꝑmittit ſuos amicos affligi et languere. Vn̄ ꝑmiſit Lazar̄ languere et vexari. de q̄ dicit euāgelium: Erat quidā languens Lazarus ⁊c̄. Lazarus q̄ interp̄tatur adiutus: ſignat penitentiū vitā que quaſi cū languore eſt. Martha interp̄tat̄ ꝓuocans: ⁊ ſignat vitā actiuā q̄ ad meliora ꝓuocat. Maria interp̄tatur illuminatrix: et ſignat ꝯtemplatiuā vitaz q̄ homo illuminatur. Tales em̄ viſitat dn̄s libent̄. Notādū autē circa ꝯdicionē morbi ꝙ languor ꝓprie dicit̄ morb⁹ incurabilis. Vbi nota ꝙ quādoq̄ illi q̄ plus ſūt deo dilecti grauiora mala ſuſtinēt. Sicut em̄ medic⁹ timens ne morbo ꝑiculoſo et de acuta febre: inducit tertianā vt acuta euitet̄. Sic xp̄s iducit corꝑales infirmitatēs vt morbus aīe euitet̄: quia ꝓcliui ſumus ad peccandū. Hugo. Preſciēs dn̄s q̄ſdaz multa peccare poſſe: flagellat ne peccēt: quia vtilius eſt eis frāgi languoribꝫ ad ſalutē q̄ remanere incolumes ad dānationem. Miſerūt ergo ſorores eius ad ieſum dicētes: Dn̄e: ecce quē amas infirmat̄. Aug. Nō dixerūt: veni ⁊ ſana: nec auſe ſunt dicere ſibi Iube: ⁊ hoc fiet: ſed tātūmodo: Ecce quē amas infirmat̄: quaſi di. Sufficit vt noueris. Nō ei amas ⁊ deſeris. Audiens aūt ieſus dixit: Infirmitas hec nō eſt ad mortē, ſ. ibi ſiſtendo: ſed ꝓpter reſurrectionē ſeq̄ntem vt glorificet̄ filius dei: per eā oñdendo. ſ. ſuā diuinitatē. Vt g̃ audiuit quia infirmat̄: tūc quidē māſit in eodē loco. ſ. trans iordanē duob⁹ dieb⁹. Chry. vt. ſ. expirarēt ⁊ ſepeliret̄ Lazar⁹: vt nullus poſſꝫ dicere: qm̄ ſtupor fuit ⁊ nō mors

¶ Scōm eſt myſteriū pie affectiōis: quā oñdit p̄mo veniēdi denūciatiōe. Nā poſt duos illos dies dixit dn̄s diſcipulis ſuis: Eam⁹ in iudeaz iter̄. Dicūt ei diſcipuli: Rabbi: nūc q̄rebant iudei te lapidare: et iter̄ vadis illuc. quaſi di. Non eſt tibi nec nob ſecur̄. Rn̄dit Ieſus eos aſſecurādo. Nōne duodeci hore diei ſunt: q. d. Si tūc volūtatē hēbant me lapidādi: mō tñ non faciēt: q2 mutato t̄pe: ꝑt volūtas mutari. Erat aūt ꝓuerbiū apud iudeos ad oñdendū mutationē ꝓpoſiti: dicere ꝙ duodeciꝫ ſūt hore diei. Oñdit etiā alia via ꝙ debēt eſſe ſecuri. Siq̄s aūt in die nō offendit: q2 lu. mū. hu. vi. Siquis aūt in nocte offendit: quia lux in eo nō eſt: In die inq̄: id eſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſancte ꝛ iuſte. vel in die. i. mecum qui ſum
lux mundi. Lux ergo dicit̃ ipe chr̃s vl' ipa
iuſticia. Chryſo. q. d. Qui ſibi nihil con-
ſcius eſt verſutie/ nihil habet formidare
Sequit̃. hec ait: ꝛ poſt hec dixit eis. La-
zarus amicus noſter dormit ſed vado vt
ꝛc̃. q̃ſi di. Non debetis timere qm̃ nõ va-
do ad diſputandũ cõtra iudeos ſicut añ
ſed ad lazarũ excitandũ. ſm Aug. Dño q̇
ſuſcitare poterat dormiebat: alijs mortuꝰ
erat. Qꝛ tam facile imo facilius eſt chr̃o
ſuſcitare mortuũ de ſepulcro q̃ꝫ alteri dor-
mientẽ ð lecto. Mors q̇ppe dr̃ ſomnꝰ ꝓpt̃
ſpẽ reſurrectiõis. Dixerũt ergo diſcipuli.
Dñe/ ſi dormit ſaluus erit. Chryſo. So-
let enim eſſe ſomnꝰ egrotantiũ ſalutis in-
diciũ: quaſi di. Si dormit nõ eſt opus vt
vadas. Tũc ergo dixit eis manifeſte. La-
zarus mortuꝰ eſt ꝛ gaudeo ꝛc̃. vt ſcꝫ am-
plius cõfirmemini in fide mee diuinitatis
ex reſurectiõe ſua. Dixit ḡ ad cõdiſcipu-
los thomas: eamꝰ ꝛ nos ꝛ moriamur cuꝫ
eo. Iſte ſm Chryſo. magis erat timidus
q̃ꝫ alij. Uel ſm alios hoc dicebat ex ma-
gna dilectione. q. d. Melius eſt nos cum
illo mori q̃ꝫ ſine eo viuere. Scd̃o oſtendit
dñs piam affectionẽ denũciationis exe-
cutorie qm̃ venit cuꝫ diſcipulis ſuis in be
thaniã iuxta hieruſalẽ quaſi ſtadijs quin
decim ꝛ inuenit eũ quattuor dies haben-
tẽ i monumẽto. Nota. Bethania domꝰ
obedientie interpretat̃. Per hoc ḡ ſigna-
tur ꝙ ſi peccator fuerit deo obediẽs veni-
et dñs ad curandũ. Et ſm anſel. In be-
thania lazarum ſuſcitauit oſtendẽs omẽs
qui bone volũtatis ſtudio huic mũdo mo
rientes in ſinu obedientie requieſcunt in vi-
tam eternã a deo reſuſcitandos: Qꝫ autẽ
voluit dñs eum inuenire q̃ttuor dies ha-
bẽtẽ: h̄ fuit ad certitudinẽ mortis: qꝛ etiaꝫ
ſi poſitus fuiſſet viuus: in tanto tempore
fuiſſet mortuꝰ. Multi autẽ ex iudeis ve-
nerant vt cõſolarent̃ mariam ꝛ martham
ſuper fratre ſuo. Erant eñ nobiles domi
ne. Cum autẽ eſſet adhuc extra caſtellum
martha que curã domus habebat cũ au-
diſſet ꝙ ieſus venit: ſororem domi dimit
tens reuerenter occurrit ei. Theo. Pri-
mo non pandit ſorori: volens aſtantes iu-
deos hoc latere. Dixit ergo martha ad
ieſum. Dñe/ ſi fuiſſes hic ꝛc̃. Videt̃ ad-
huc imꝑfecta. q. non crederet ꝙ dñs tan-
tũ poſſet abſens ſicut p̃ſens. Subdit. Sꝫ
ꝛ nunc ſcio: qꝛ q̃cũq; popoſceris a deo da
bit tibi deꝰ. Dixit ei ieſus. Reſurget fr
tuus. Illa intelligens de reſurrectiõe fi-
nali: dixit Scio qꝛ reſurget ꝛc̃. Ideo ieſꝰ
dixit ei. Ego ſum reſurrectio ꝛ vita: ſcilꝫ
cauſaliter. q̇ credit ꝛc̃. Credis hoc? Non
querit quaſi ignorãs: ſed querit eiꝰ cõfeſ-
ſionẽ ad meritũ: quia ore confeſſio fit ad
ſalutem. Ro. x. Ait illi. Utiq; dñe/ qꝛ per
verba chr̃i plenius fuit edocta. Ideo di-
xit. Ego credidi qꝛ tu es ꝛc̃. Augꝰ. quaſi
di. Quãdo credidi qꝛ tu es filius dei: cre
didi qꝛ tu es vita: ꝛ omnis q̇ credit ꝛc̃. Et
cũ hec dixiſſet: abijt ꝛ vocauit mariã ſo-
rorem ſuã ſilentio dicẽs. Magiſter adeſt
ꝛ vocat te. Auguſtinꝰ. Idõ ſilentio qꝛ ſi ſci
uiſſent iudei chr̃m aduenire: receſſiſſent
ꝛ nõ fuiſſent teſtes miraculi. Illa ergo vt
audiuit: ſurrexit cito ꝛ venit ad eũ: ex ma
gna deuotiõe. Iudei ergo cũ vidiſſent qꝛ
ſurrexit: cito ſecuti ſunt eã dicẽtes. Quia
vadit ad monumentũ vt ploret ibi. Ma
ria ergo cũ veniſſet vbi erat ieſus: cecidit
ad pedes eius: apd̃ quos ſcilicet anteã ve
niam acceperat: ꝛ dixit. Dñe ſi fuiſſes h:
non fuiſſet frater meus mortuus. Beda.
Conſuetudiẽ hominũ more lachrymat̃
chr̃s. Nam omnia que voluit ꝛ in anio ha
buit proferre potuit. Spiritualiter. per h̄
ꝙ maria ꝛ martha obuiauerũt dño nõ ex-
pectantes eius aduentũ datur intelligi ꝙ
cum volumus deo reconciliari debemus
ei occurrere per penitentiã ꝛ cõfeſſionem
anteq̃ꝫ ad nos veniat per vindictam. Nã
vt dicit Ambro. Ceſſat diuina vindicta
ſi confeſſio p̃curri humana. Tertio oſten
dit dñs piam affectionẽ executionis ꝯclu
ſione quãdo ſcꝫ fleuit. Ieſus enim vt vi-
dit eam plorantẽ ꝛ iu. plorã. infremuit ſpi-
ritu ſuo ſonũ lugentis emittẽs ꝛ turbauit
ſeip̃m: quẽ ſcꝫ aliꝰ turbare nõ poterat hu-
manũ demonſtrans affectũ in cõpaſſiõe
amicorũ nos erudiens aliorꝫ compati mi
ſerijs. Et dixit eis. Ubi poſuiſtis eũ? In
terrogat nec ignorat. in q̇ myſtice innuit ſe
huiuſmodi peccatorẽ neſcire. cuiuſmodi
per lazarũ ſignatur: vt dicit Glo. Dicunt
ei. Ueni ꝛ vide. Sequit̃. Et locutus eſt
ieſus: vidẽs ſcꝫ locũ ſepulture. Alchuinꝰ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quia fons pietatis erat fleuit ex pte hũanitatis quẽ ſuſcitare poterat ꝑ potentiam diuitatis. Nã ſꝑ vbi dñs oñdebat ſuã diuinitatẽ aliq̃ faciebat ad declarãdã ſuam humanitatẽ ꝛc. ¶ Ecõtra: Beda. Quare fleuit chr̃s: niſi qꝛ hoĩes flere docuit. Lachrymemur igiť ꝛ nos ꝓ nobis ꝛ oĩbus illis q̃s in fetore viciorꝫ iacere ſentimus: ſi forte noſtris lachrymis nos et eos dñs reſurgere digneť. Augꝰ. Legiť chr̃s ſuꝑ Lazarum fleuiſſe: in orõnibꝫ ꝑnoctaſſe: itinere fatigatũ fuiſſe: nunq̃ aũt riſiſſe: aut ꝓſperatũ eſſe: Hiero. aũt dicit: Fleuit dñs Lazarꝫ nõ mortuũ: ſed rediuiuũ ꝯpatiẽs ei ad pñtis vite miſeriã reſurrecturo. Sequiť. Dixerũt ḡ iudei. Ecce quõ amabat eũ. q. d. libenť ꝓſeruaſſet eũ a morte ſi potuiſſꝫ. Quidã aũt ex ipis dixerũt: volẽtes .ſ. annihilare miraclm̃ de ceco nato. Non poterat hic q̃ aperuit ocl'os ceci nati: facere: vt ꝛ hic nõ moreret. Scdꝫ Chry. Hi erant ex inimicis eiꝰ. q. di. Ex q̃ nõ potuit hoc: nec illud potuit: nec fecit: Jeſus rurſum fremẽs in ſeipo indignatꝰ .ſ. ꝯtra eorũ murmurationẽ ꝛ detractionẽ: venit ad monumentũ. Beda. Sepultura dr̃ monumentũ: eo q̃ mentẽ moneat vt ꝑcogitet de morte. ¶ Tertiũ eſt myſteriũ ſuſcitationis. Ubi pmo conſideranda ſepulti diſcooꝑtõ: qꝛ vicꝫ dicit ieſus: Tollite lapidem: qui .ſ. grandis erat ſuppoſitꝰ ſepulcro: ſed ꝯtendebat Martha di. Dñe iam fetet ꝛc. Hoc ex admiratiõe dicebat: non ex infidelitate. Et dñs ei. Nõne dixi tibi qm̃ .ſ. ꝛc. Tulerũt ḡ lapidem. Spũaliť: o pctõres tollite lapidẽ .i. cordis duriciã ſi vultis ſuſcitari. ¶ Scdõ ꝯſideranda ẽ diſcooptio ſepulti. Et ieſus eleuatis oculis ſurſum: dixit: Pater tibi grãs ꝛc. In hoc docuit nos anteq̃ futura petamꝰ: de iam ꝑceptis grãs referre. Hilariꝰ. Non prece eguit: nobis orauit: nõ eñ inops fuit auxilij: ſꝫ nos ſumꝰ inopes doctrine. Hec aũt cum dixiſſet: voce magna clamauit: Lazare: veni foras. Sic clamauit: ne forte dicerent aduerſarij ne forte interpoſuiſſet aliq̃ vba magica. Jtẽ clamor ille ſignat magnitudinẽ diuine virtutis q̃ exigiť in iuſtificatione impij. Et ſm Aug. maius eſt iuſtificare impiũ q̃ creare celum et terram. Theoph. Alta ſaluatoris vox qui lazarꝫ ſuſcitauit: indiciũ eſt tube magne ſoniture in cõi reſurrectõe. Tertio ẽ ꝯſiderãda vocati reſurrectio: qꝛ ſtatiꝫ ꝓdijt qui mortuus fuerat ꝛc. Uñ patꝫ certitudo miraculi: qꝛ eo mõ exijt quo fuerat poſitus. qd̃ etiã vt dicit Chry. nõ minus videbať q̃ reſuſcitare. Dixit ḡ eis ieſus: Soluite eũ et ſinite abire: vt oſtendať vere ſuſcitatus. Alchuinꝰ. Chr̃s ſuſcitat: qꝛ interiꝰ ꝑ ſeipm viuificat. Soluũt diſcipli: qꝛ ꝑ miniſteriũ ſacerdotũ abſoluuť viuificati. Sequitur: Multi ḡ ex iudeis q̃ ꝛc. crediderũt in eũ. Nec mix: quia vt dicit Aug. Excedit omne miraclm̃ qd̃ ieſus fecit circa lazarũ. Crediť aũt hoc factũ ea die qua in eccl'ia legi ſolet .ſ. feria .vj. añ do. in paſſione. Hec tanta myſteria deuote ꝯſiderate: ꝛ in ſolo dño gaudete: eius dulcedinẽ ꝯtemplãtes nõ in mũdo de cetero gaudiũ q̃rẽtes: nec eius vanitatẽ amãtes. ¶ Exemplũ accipite in ipo Lazaro qui poſt ſuſcitatiõem ſuam poſtea nunq̃ riſit: nunq̃ i riſu ſigna iocũda oſtendit. Uñ et ipe dñs dicit Lu. v. Ue vobis q̃ nũc rideti: quia plorabitis et flebitis vos.

Tertiꝰ articulus. Audiſtis ꝛc. Magna nobis conſolatio: quoniã medicum habemus qui et curare vult et ſuſtinere atq̃ poteſt: ſed oportet tollere lapidem .i. cordis duriciã. Nam vt dicit lex ff. ad. l. aquiliã. l. j. Maleficia nõ debent manere impunita. Et. xciij. di. ca. Diaconi. Miſeratio dei ac pietas ſolum reditũ noſtrum requirit ac nos petit .ſ. longanimitate ſaluari: ſi nõ cõuertimur: ſi duri colli fuerimꝰ: ſi in peccatis vſq̃ ad mortem ꝑduramus: aſſidue peccantiũ non miſerebitur dominus. Notate: etſi rex iulij ceſaris pietatem poſſideret qui nullius rei niſi iniuriarum ſolebat obliuiſci. Uix tamẽ proditori proditiõeꝫ continuanti decies abſolutionem daret. Audi ergo quotiẽs peccaſti peccator infelix: timendũ igiť de damnatiõe: Qd̃ remediũ eſt: A peccatis deſiſte: firmũ tene ꝓpoſitum deinceps nõ peccandi. Plantez la le bourdon. Eſai. j. Quieſcite agere ꝑuerſe.

¶ Sabbato poſt. iiij. dominicã. quadrageſime. Sermo.